

tio prætereo. Sic enim est moris in Austria, ut pater expressis verbis, per idoneos homines rogetur, quibus velut sponsoribus petitor teneatur obligatus, ut nequeat actione sua ante responsum acceptum desistere. Hæc hæctenus de Bartschio.

Rostochium quod attinet, etsi omni exceptione major est nuncius voluntatis Ducis Fridlandiæ; ego tamen primæ huic significationi temerè non innotor, propter alia mandata, paucissimis ante diebus data, quibus mora Sägani contineri videtur. Interim tamen promptitudinem meam ostendi cum his conditionibus: I. Si Princeps ipse à Cæsare mihi veniam impetret. II. Si, quod ante annum mihi ex Ducatu Mechelburgensi promisit se repræsentaturum, id nunc Rostochii repræsentet; solutionem sc. omnium præ-
tensio-